Nec speres aliquid nec extimescas
Exarmaueris impotentis iram·
At quisquis trepidus· pauet uel optat
Qđ non sit stabilis· suiq; iuris.
Abiecit clipeū· locoq; motus
Nectit qua ualeat trahi catenā·
Haec cum sup̄ba uerterit uices dextra II 1.
Et aestuantis more fertur euripi
Dudum tremendos seua p̄terit reges
Humilemq; uicti subleuat fallax uultū
Non illa miseros audit aut curat fletus
Ultroq; gemitus dura quos fecit ridet
Sic illa ludit sic suas p̄bat uires
Magnumq; suis monstrat ostentum
Siquis uisatur una stratus ac felix hora
Si quantas rapidis flatib; incitus II 2
Pontus uersat harenas
Aut quot stelliferis edita noctibus
Caelo sidera fulgent
Tantas fundat opes nec retrahat manū
Pleno copia cornu
Humanū miseras haud ideo genus
Cesset flere querelas

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.7, 2v – Boethius: De consolatione philosophiae; Servatus Lupus: De metris Boetii (Fragment) (https://fragmentarium.ms/view/page/F-5wmd/5116/48810)